



Universitätsbibliothek Paderborn

**Benedictus Redivivus Hoc est: Benedictinj Ordinis
Vetustissimi Amplissimique, Nostra, ac supera ætate
Immarcescibilis Vigor, ac Viror**

Bucelin, Gabriel

[Veldkirch], Anno Christi. M.DC.LXXIX.

Iesu Christi Annus. M.D.LXXX. Sancti Patris Benedicti Millesimus
Centesimus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38498

*Insigne eius
datum.*
desse autem suis vel maximè, tamen
odia non evitasset, & Principatuac ho-
nore simul excidisset? Respondit: *Ja-
cobi temporis venire in mentem, cum nec
Princeps, nec Abbas fuisset.* Et D E U M
adhuc plus sibi, quam optarāt, reliquis-
se. Causam quidem suam, horrente
conscientia non negligere, & inimi-
corum nemini solitum irasci. *Ex Chrys.
Browero.*

IESU CHRISTI ANNUS M.D.LXXX.
Sancti Patris Benedicti Millesimus
Centesimus.

*Labor B.
Joannis
Barrerij.*
*Sancti
ejusdem co-
natus.*
*Supenda
prospera Re-
formatio
& succes-
sua.*
Supendum omnino Reformatio-
nis genus, quod D E O secundante,
imo concitante, cuius *solum est mirabi-
lia facere*, suscepit sanctæ memoriae Jo-
annes Barrerius noster, ad confusio-
nem eorum omnium, qui dissimulan-
tes adhærere sibi *Sedem iniquitatis*, fin-
gunt laborem in precepto, nec tempori-
nec hominibus hodie conforme esse
assèrentes, quod est ex Regula Justi-
tuto, ad confusionem, inquam, eorum,
qui terrena & fecundum carnem iap-
lunt: cùm, jam aliquamdiu sanctissimam
Regulam nostram ad amissim
cum suis observasset, concitante velie-
mentius sanctam ejus mentem Divi-
no Spiritu ad ulteriora accensis, con-
vocatis ad se Fratribus simili fervore
accensis, expertisque jugum Domini
suave & onus ejusdem verè leve esse,
sciscitatus paternè est: placetne con-
tinuare suscepimus semel vitæ rigo-
rem, an adangere, & pro eo quod o-
lim & ipsi neglexerant, & negligere
toto orbe Confratres sui Benedictini
pergerent, Numini satisfacere, ante-
actæque vitæ etiæ seram, seriam tamen
poenitentiam agere. Placuit omni-
bus, singulis lese ad ea quæcumque In-
stitutori & Parenti placerent suo, offe-
rentibus. Res miranda! Proposuit
dura admodum & atrocia in speciem
Barrerius, communī nihilominus af-
fensi applausuque juvēnum aequè aë-
senum, nobilium aequè atque ignobilium,
acceptata, & mox practicata.
Asperitatem proin vitæ maximam,
invocato D E I adjutorio, cum suis om-
nibus ac singulis Generosissimo ani-
mo aggressus, in qua præbat ipse alijs
exemplo, perpetua corpus suum cru-
ce configens, sequentia in usum quo-
tidianum, & quoad viverent perpetu-

um induxit. Jn victuquidem peren-
nem & continuam, non solum juxta
Regulam à carnis, sed etiam ovis,
piscibus, vino, oleo, sâle abstinentiam,
cum jejuniis juxta Leges Sanctissimi
Patris nostri BENEDICTI ita sine in-
termissose severaque continuatis, ut
in eorum decursu, neque dies Domini-
nici, nec ipse Domini Natalis, exci-
perentur, ac nihil prorsus Vesperi, ne
aque quidem stilla flimeretur. Quin
etiam sublato mensarum usu, Fratri-
bus humi sedentibus, quasi perpetuam
in poenitentiam, pro mensa, solum el-
set. Jn vestitu lanam, nullâ subjectâ
subculâ, cuti proximam, & pérpetuam
crurum, pedum & capitum nudita-
tem. Jn cubitu nudam sine illo stra-
mento tabulam, aut ipsum solum, si-
ve cémento incrustatum, sive coctis
lateribus constratum. Quem quidem
vitæ rarissimum rigorem, dici vix
potest, quanto ardore, quantoque fru-
ctu plurimi paulo post sint amplexi.
Iudemque ita à Numine robatori, ut
multo majora sibi injungi expeterent;
multi triduum aut quatriduum in heb-
domade, diebus partim continuatis,
partim interpolatis, nihil omnino ci-
bi & potus degustarent, cùm tamen
labori minime parcerent. Aliqui eo-
rum per idipsum tempus, diebus Fe-
stis, ad oppida & castella, quinis aut
senis pañium millibus a Monasterio
disjuncta, sacras Conclaves unam in
uno, alteram in altero oppido habitu-
ri excurrenter, nec tamen quidquam
cibi aut potus, vel in illis oppidis, vel
in via attingerent, sed integrum fa-
mem ad panis gregarij, & olerum cœ-
nam aridam, vespere, aut etiam nocte
in Cænobio apponiendam reveris, re-
servarent. Ut non tam in Barrerio
solo Redivivum BENEDICTUM, quām
in toto ejusdem Monasterio, quām &
paulo post in Congregatione ampli-
fima, in singulis Monachis BENEDI-
CTOS Redivivos admireris, imo in
singulis absolutissimam non tam ima-
ginem Sanctissimi Patriarchæ nostri
Benedicti, quām spiritum & animam
venereris, obstupescente meritō, ad
tanta Numinis miracula in fragili ho-
mine, sâculo tam obscurō quam per-
ditō, & D E I solius manū & gratia-
tiā in hisce servis agnoscentibus. *Ex
Philippo Malabayla, Henriquezio & alijs
Jps*

*Mira offi-
cina Neu-
minis grada-
tis*

*Verè Redi-
vivi in
Barrelio S.
P. N. qđ*

B. Gelasius sanctissime exactam coronat Beatus Oculinar Martyr.

Ipsò anno glorioſiſimo fine vitam singulare ſacræ Familiaæ noſtræ Cisterciensis ornamentum, ſeculi noſtri ſplendor, Ordinis noſtri decor & totius Britanniae gloria: Iſ hoc eodem anno ab Hæreticis comprehenſus, gravifimis tormentis pro fide Catholica excruciatuſ est. Summos honores, & dignitatum cumulos, interque alia Archiepiscopalem Cathedram, totius Provinciae Conariæ Dominum, ſi ſibi annueret Regina pollicente, conſtantissimè omnia rejecit, & contemplit. Quapropter poſt multa & gravia tormenta in carcere poſitus, & tandem mortis ſententiā in iſum prolatâ condemnatus eſt, & ad locum Martyri opertum deductus ignominioſe, per plateas hominum concurſu undique circumdataſ, ut tanti Patris Benedictionem ac doctrinam ſibi cælitus traditam acciperent. Ubi per totam viam incedens, tanto fervore ac Divino Spiritu populum eſt alloquituſ, tantumque terrorem & admirationem Hæreticis incuſit, ut quingentoſ ho- neroſitas, mines, dum ad patibulum duceretur converterit. Paſſus eſt cum Monacho ſocio, & ſuſpendio ſublatus atque in quatuor partes diſiectus undecimo Cal. Decembris in civitate Dublinensi, inſigni miraculorum gloria poſt mortem à Numine illustratus. *Ex Mart. tyrol. Hibernico, Auberto Mir. eo, Chrysost. Henrig. Ang. Manrique &c.*

Admirabilis ejus Genitio. Floruit & alijs ſub hoc idem tem- pus in Hibernia Gelasius Ordinis no- finis alter à stri Abbas, ob integerrimam vitæ fa- ſuperiore. mam, celeberrimus, ſimpliciſſima in- nocentia Vir, cuius praſtantissima me- rita, multis & admirandis miraculis, omnibus innotuerunt. Ex quibus illud ſingulare commendatur: Cū Nobilis quidam opulentus, ut mortuis parentibus bene precaretur, largam eidem eleemosynam mitteret; & iſis pecuniaſ ſumma accepta illico provolutus in genua, Psalmmum *De profundis de- votiſſime ricitarer;* ſubridente, qui miſſus erat, famulo, & ſe millies pro tan- ta pecunia orationem ejusmodi recita- turum jaſtant; Vir ſanctus nequid ſcandalii pateretur cratla Minerva ho- mo, psalmmum illum in chartula de- ſcribens, ex aduersum pecunia, bilan-

ci appendit, & illius pondere prodi- gioſo, argentum velut ſtipulam ele- vavit & excuſit. Incertum quo an- no vita excesserit, dies tamen ſextus Jduum Martij ejus memoria celebris habetur. *In Menelozio Benedictino.*

Floret hoc eodem tempore Reverendissimus B. Angelus de Victoria, Generalis sanctissimæ Reformationis & familiae noſtræ Cisterciensis in His- pania; non tam nomine, quam rea- ple Angelus, terrenorum omnium con- temptor generoſiſſimus, eti ipſe illuſtrifimo Genere ortus ſui tamen ipſius contemptu nobilifimus, diuitias & delicias omnes quibus in ſeculo frui poterat toto animo aspernatus. Fuit alloquio ſuavifimus & gratioſiſſimus, in corrigendo discretus, in providen- do ſollicitus: in charitate erga infir- mos præcipuus, quos quotidie viſi- re ſolitus erat & paternè consolari; ipſe jam Abbas eisdem inſerviens, lec- tuſ ſternens, & ſordida emundans, Creatus Reformatoř Generalis, toto corde in id munus incubuit, omnibus que omnia factus, verè Patrem ſe cun- ditorum eſſe comprobavit. Negotia omnia mira cum patientia & ſollici- tudine tractavit. Officium Divinum, cùm choro intereffe non poſſer, multa cum devotione, & ferventibus la- chrymis, ſemper fleſtens genua reci- tavit. Humilitatis studio plurimum eniuit, cuius alia inter inſigne hoc fuſt. Ad iſum familiariuſ in omni nego- tio quidam magni nominis Princeps ſolebat recurrere, inciditur in iſum tunc fortè famuli inſtar culcitra ad e- grotum ferendā occupatum, neſciens Generalem Ordinis eſſe, idque reſci- ens moxque accurrens rogondo eniè ut onus deponeret, ſuſque miniſtris cederet. Sed ille, vilia officia nun- quam Monachum dedecere respondit, nec Principi, qui ſe christianum pro- fiteretur, ea debere eſſe contemptu: non paſſurum proinde ab alio juvari in culcitra ferenda pro ægroto, niſi ab ipſo Princepe, quod ea re Christo Deo ſerviret. Quo auditio Princeps, hu- militatem tanti viri admiratus, & ipſe culcitra partem humeris impoluit, eamque ad infirmi Monachi cellam portavit, ubi cum ipſo Patre lec- tulum concinnavit. Multis in Religione an- nis exactis & pro ea magnis exantla- tis

Angelus de Victoria Generalis.

Mira ipsa- dem pia.

*Ven. Gela- pus in Hibernia Gelasius Ordinis no- finis alter à stri Abbas, ob integerrimam vitæ fa- ſuperiore. mam, celeberrimus, ſimpliciſſima in- nocentia Vir, cuius praſtantissima me- rita, multis & admirandis miraculis, omnibus innotuerunt. Ex quibus illud ſingulare commendatur: Cū Nobilis quidam opulentus, ut mortuis parentibus bene precaretur, largam eidem eleemosynam mitteret; & iſis pecuniaſ ſumma accepta illico provolutus in genua, Psalmmum *De profundis de- votiſſime ricitarer;* ſubridente, qui miſſus erat, famulo, & ſe millies pro tan- ta pecunia orationem ejusmodi recita- turum jaſtant; Vir ſanctus nequid ſcandalii pateretur cratla Minerva ho- mo, psalmmum illum in chartula de- ſcribens, ex aduersum pecunia, bilan-*

*Mors ejus
tempore
fama.*

tis laboribus, in morbum denique incidit, vitaqne suæ terminum adesse sentiens SS. Ecclesiae Sacramentis muniri expetiit, iisque incredibili devotione perceptis, in lectulo prostratus in genua, psalmum *In Te Domine speravi &c.* exorsus, & ad verba illa *In manus tuas Domine commendabo Spiritum meum* prosequutus, cum dicto felicissimi in manus Creatoris sui expiravit, cœlesti quamprimum lumine cellam mirè illustrantem, & stella lucidissima supra domum in qua sic obdormierat, Patribus Augustinianis qui in Vicino habitrauerant, apparente. Ejus à morte facies serena admodum & rubicunda ac verè Angelica apparuit, magno quamprimum concursum populi facto, ut sacrum viri corpus contuerentur supremum & venerarentur, omnibus ex vultu ejusdem, de gloria in cœlis facile ominantibus. *Ex vita ejusdem Mst.*

*Lambertus
Abbas
Blandiniensis.*

Moritur sub hoc idem tempus Lambertus illustrissimi prope Gandam in monte Blandinio Cœnobij Abbas, vir præstantissimus, & eximis magni animi dotibus prædictus, in fornace tribulationis excoctissimus, ab Hæreticis miserè exagitatus, qui & pulcherrimum ejusdem Monasterium in cineres redegere, quod tamen deinceps ille, postquam diu profugus & exul, ad sacrum Casini montem se contulisset, inde reversus præclarè restituit, reductisque exilibus filijs, insigni inducta reformatione, immortaliter meritus felicissime in Domino requievit. *Ex monumentis Blandiniensibus.*

*Marcus del
Vario.*

Decedit hoc ipso etiam anno Beatae memoriae Marcus del Varrio Abbas Palaciensis, & ipse Ordinis in Hispaniæ aliquamdiu meritissimus Reformato, varijs & in vita & à morte signis à Numine, illustratus & commendatus; cuius celebrantis ad aram capiti coelestis aliquando flamma insidere visa est. *Ex Ms. 10. Hispanico.*

Claret Pius Casinas ex Illustri Lotheriorum familia Juris Civilis & facri gnarus creatus à Greg. XIII. Fundanus Episcopus.

*IESUCHRISTI ANNVS. M.D.LXXXI.
Sancti Patris Benedicti. M.C.I.*

*Moritur
Vin. Ludo-
vicius d'
Estrada.*

I Ngens atque illustrissimum terris sydus hoc anno terris eripitur, cœlis inferitur Sanctæ memoriae Ludo-

vicus d' Estrada, verum, sæculi hujus miraculum, de quo jam sèpius supra, et si nunquam satis, si libri hujus permetteret intentio. Et verò etiam, si conaremur: *Quis enim, inquit, Henriquezius, admirabilem concentum Virtutum ejus, pro dignitate commemoret? Quis ineffabiles, ut tua loquar, doctrina & sapientiae opes: quibus eum DEUS locupletavit; cœlestia dona quibus eum ornavit explicet?* *Quis eximiam animi demissiōnem, invictam patientiam, amabilem mansuetudinem, prudentiam singularem?* *Quis mentis robur in his qua difficultia sunt pro D E I amore suscipiendis?* *Quis præter DEUM enumerare posset, quot ille animas, Ejusdem ex visorū cæno & ex ipsis portis inferis singulare encomium revocarit?* *Quae virtus ex tot civitatibus & provincijs, re & nomine Apostolicus Pre-dicator eradicari?* *Quot perditionum hominum animas sacris suis concionibus, ac sanctissime Vitæ exemplis, ad aeternæ salutis iter redixerit?* *Quia quidem tanta virtutum fragranzia, ac rerum Divinarum luce, undique resplidente, quid mirum, si invictissimi Regu Philippi, ac tot virorum principum animos, voluntatesque adeo-sibi devinetas haberet, ut quidquam majoris momenti, eo non annente peragere, irreligiosum esse putarent, &c.* Hucusque citatus, fuit orationis studio deditissimus, in quam dum ferventius incumberet, Divinis sèpius splendoribus circumfulsus, & Angelicis spiritibus cingi viuis est. Vita excelsit 2. Die Junij, magno bonorum omnium, & Regio luctu, sed & communī omnium Societatis Jesu Patrum, quorum Auctori S. Ignatio erat charissimus & singularis Societatis præfatæ assertor inconsolabiliter deploratus. *Ex Petro Calzolario, Auberto Mirao, Nicolao Orlan-dino, Henriquezio &c.*

Supremus hic etiam annus est Veneranda & immortalis memoriae Vi-ro Jacobo Billio Abbati S. Michaelis in Eremo Dioceseos Lucionensis Mo-nasterij, de re litteraria meritisimo. Hic ex Nobilitate Carnutensi trahens originem, Guisla natus est, proximo Atrebatum & Hannorum finibus opido, quod Ludovicus pater ejus ho-mo strenuus & spectatae in Bello solertia & felicitatis tunc temporis no-mine Francisci I. Galliarum Regis gu-bernabat, A puero litterarum studijs deditus, in omnibus egregie se exer-cuit,

*Divinis
Splendori-
bus cir-
cumfusus.*

*Jacobus
Billio Abb.
S. Michaelis
lucionensis.*